Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 32 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 32 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 32 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 32 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 32 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 32 [1]

¶ Epiſtola brevis ac perutilis. de ſymonia vitanda in receptōe noviciorum et noviciarum ad religionē. ¶ Prologus.

Venerabili prī. N. priori canonicorum regularium in Novimagio. Frater Engelbertus cultiſſimis ſacre theologie pfeſſor ordinis pdicatorum cū ſui hūili recōmendatione. Veſtro deſiderio ſatiſfacere cupiens quo cautelas evitandi ſymoniā in receptione frm vel ſororum ad religionē liquide ſcire poſſitis. volo opitulante deo vt diſercius materia iſta intelligatur per certas ad hoc ꝓcedere cōcluſiones aplicas. vt in caſibus emergētibus ipſis vel aliqua earum inſpectis. reſponſio vre paternitati ſemper ſit patula ac manifeſta Que enī involute et intricate ponūtur vix a paucis clare intelligūtur Ad ꝓpoſitū ergo vrm erit hec cōclo pma. ¶ Concluſio pma. pl.

Ante cuiuſcūq; receptionē. ꝓtaxatis diligenter facultatibus. expenſiſq; neceſſario deducendis eccleſie vel monaſterij Tot ſunt ponēdi i eccleſijs quot ex fructibus illis poſſunt honeſte ſuſtentari.

¶ Prima ps huius cōcluſionis ſic ptz Nam ſemper in receptione noviciorum ſive noviciarum ſcdz gloſam in ca° Nō amplius. et de vita et ho. cleri. ca° Qm. cōſiderādi ſunt redditus eccleſie vt ſcdm eos clerici et ſorores inſtituantur vtz in iuribus ſallegatis. ſic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 32 [2]

q̄ nichiloi⁹ hoſpitalitatē ſeruare poſſint cōmode.
et ſoluere iura epālia et etiā ſui ordis ex̄ d̄ pben.
De monachis. et ex̄ de ſupplen. negli. p̄la. Sicut
nobis. aliaq̄ꝫ ſeruicia ciuitatib⁹ et terris īpendēda
redditib⁹ et diſtributionib⁹ ad extraneos vel pau
perib⁹ diſtribuēdis | hijs enī omnib⁹ deductis. ſuꝑ
alijs facultatib⁹ remanētib⁹ ſūt nouicij et nouicie
recipiendi et recipiende. cōputando q̄lib3 perſonā
ꝓ xvi. flor. reneñ. ānuati vel ſcd'z cōſuetudinē ter̄e
vbi monaſteria ſituant̄. ¶ Secūda ps hui⁹ cōclu
ſionis ptz ꝑ Gregoriū ix. in ca° Qm̄. ex̄ de vita et
ho. cle. Ratio hui⁹ p̄ma eſt. vt deus tanto melius
in ſuo cultu diuino honoret̄. et pauci nō nimiū fa
tigent̄ Scd'a. vt fundatores eccleſiaꝝ et monaſte
rioꝝ ꝓ ſuis temporalib⁹. ſpiritualia debito modo
recipiant | quia ſicut beneficia dantur ꝓpter officia
De cleri. reſi. ca° vltimo li. vi. ita elemoſine mōſte
rijs cōferuntur vt pro collatorib⁹ exoretur vt dicit
beatus Thomas ſecūda ſecūde q. clxxxv.

Non amplius ¶ Conclu° ij. ꝑl.
recipiāt̄ in monaſterio monachoꝝ aut cle
ricoꝝ ſeu etiā puellaꝝ Quā quot ſe regē poſſunt
de bonis eccleſie abſq̄ꝫ penuria tempaliū rerum.
¶ Ptz hec cōclu° ex cōſilio Arelateñ. ex̄ de inſtitu.
caplo Nō amplius. et per cle. in ca° Auctoritate.
ibidē | et maxime quo ad monaſteria ordinū non

mendicãciũ vtz ex̃ de ſta. regu. ca° Periculoſo. ꝰ.
Sane li. vi. ¶ Conclu° iij. p̃pl.

IN monaſterio aliquo pro vno vel vna vel pluribꝰ bene puiſo. Ceteris paribꝰ in ydoneitate. tutius pauperē ꝙ̃ diuitē recipiendũ dico. ¶ Iſta cõcluſio ptz Quia diuitē p̃ferre pauperi eque ydoneo. ſpeciē auaricie et ſymonie p̃tendere videtur | et ab omni ſpecie mala cauendum eſt ca° Audiuimꝰ. de ſymo. et de. vi. et ho. cle. Cũ ab omi

SIcut ſymoniacũ ē ¶ Conclu° iiij. p̃pl.
ꝙ quis ſua in tantũ vel in toto ex pacto largiatur vt in fratrē vel ſororē recipiaṫ Ita põt eſſe nõ ſymoniacũ ſi quis pure ac ſine pacto et cõdicõe qualibꝫ ſua offerat. humiliṫ rogando vt in fratrē vł ſororē admittaṫ. ¶ Ptz iſta cõcł'o p Innocēciũ iij. ex̃ de ſymo. ca° Tua nos. ꝰ Si vero pure. Per ar. a ſimili et expreſſe per Vrbanũ v. in ex̃va. Ne in vinea dñi. ꝰ Auctoritate aplica. et ꝰ ſequēti.

QVēadmodũ a petēte ¶ Cõclu° v. p̃pl.
recipi ad monaſteriũ nichil dandũ pro loco etiã p̃textu vere pauptatis ex pacto põt exigi Ita cũ eodē vel alio. dato eidē prius loco | p ſua ſuſtētacione hũda poteſt monaſteriũ in vẽitate paup. licite paciſci. ¶ Prima pars huiꝰ cõcluſionis ptz per Innocēciũ iij. in cõſilio generali ex̃ de ſymo. Qm̃ ſymoniaca. ¶ Secũda ps ptz p btm̃ Tho.

ſecūda ſecūde. q. c. et p Olricū in ſūma ſua.

Pauper monaſteriū ¶ Conclu° vi. p̄pl.
in veritate. qđ nō p̄t aliquē vel aliquā ſine
ſuo grauamie recipe. Nō tenet̄ petētē ibiđ recipi
et ſe pⱥuidē nō valentē. in frēm vel ſororē admittē
¶ Ptz iſta cōclu° ex cōſilio Arelateū. ex̄ de inſti
tucoib⁊ ca° Nō āplius. et p Innocenciū ibidē ca°
Auctoritate et p Bonifaciū viij. ca° Periculoſo. đ
ſtatu regu. li. vi. ¶ Conclu° vij. p̄pl.

Qum diues aliq̄s. paup māſteriū ingredit̄
et p ſe de ſuis bois ſine pacto ſibi ſufficiēt̄
puidet Nō ē amplı⁊ ab eo reḡrēdū nec repellēd⁊
ſi nō plus nec oia ſua ibi det. ¶ Ptz hec cōclo ex
cōſilio generali ca° Qm̄ ſymoniaca. ex̄ de ſymo.
Quia cōuent⁊ ſic q̊ ad talē puiſus. nō dicit̄ paup
ſed diues. vel ſatis habūdans aut ſufficiēs Sz a
cōuentu ſufficiēte nichil a petētib⁊ recipi exigi p̄t
g° ſi hoc fieret ſymoniacū eēt p caplm̄ Qm̄. p̄all.
Innocencij iij. ¶ Conclu° viij. p̄pl.

Qui ex ficta pauptate eciā loco gratis p̄us
dato. a petente recipi aliquid tpale exigunt
Symoniaci ſūt et mortaliter peccāt ac excōicacōz
citra papā nō abſolubilē incurrūt. ¶ Prima ps
hui⁊ cōcluſiois ptz p Innocenciū iij. in caplo Qm̄
ſymoniaca. ex̄ de ſymo. Secūda ps ptz per idem
caplm̄. et per Vrbanū v. in ex̄va. Ne in vinea dn̄i

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 32 [2]

Qui in recipiendo ¶ Conclu° ix. ppl.
aliquē vel aliquā etiam ſine pmiſſione vel pacto de aliquid dādo. deū et ſalutē recipiēdi principalit̃ non intendit Sed plus et principalius ad fauorē amicoꝝ vel pmotionē cōuentus vel lucrū tēporale reſpicit. ſymoniā mētalē corā deo mortaliter incurrit. ¶ Ptz iſta cōcluſio p Innocēciū iij. ex̃ de ſymo. ca° Tua nos. ꝯ Licet autē. Et rō huiꝰ eſt | quia deus in omni re agenda et ſalus pximi ſunt intendendi et preponēdi. Unde dicit dn̄s Diliges dn̄m deū tuū et proximū tuū ſicut te ipſum Et iterū. Querite primū regnū dei et iuſticiā eiꝰ et hec oīa ſupple tpalia adicient̃ vobis. mathei v° Sed illi qui in recipiēdo ad tpalia tendūt hoc nō faciunt. ergo ſymoniā corā deo cōmittūt.

Religioſi qui ſua ¶ Conclu° x. ppl.
ſtatuta de dandis vel cōſuetudies. ante vel poſt receptionē pacto vel cōpulſu volunt recipere Symoniā cōmittūt. mortalit̃ peccāt. et excōicacōꝫ pdcām incurrūt. nec poſſunt ſic receptos apud ſe retinere. ¶ Ptz hec cōclu° a ſimili p Gregoriū ix. in ca° Iacobꝰ. ex̃ de ſymo. et p Innocenciū iij. i ca° Veniens. ibidē | et p Urbanū v. in ex̃va. Ne in vinea dn̄i. et in ca° Qm̄ ſymoniaca. pallegato.

¶ De penis religioſoꝝ. ſymoniace recipienciū et receptoꝝ.

3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 32 [2]

Isti religioſi qui ¶ Conclu° xi. ꝑſ.
ab ingredientibus ad ſe aliquid ſymoniace receperint. Non ſunt in ſtatu ſalutis. niſi prius hoc integraliter. et debite reſtituerint. ¶ Ptz iſta cõcluſio per beatũ Auguſtinũ et habet̃ in regula iuris libro. vi°. Peccatũ nõ dimittitur niſi ablatũ reſtituatur Et per Vrbanũ quintũ qui tales excõ municauit. ita ꝙ citra ſedem apoſtolicã preterꝙ̃ in mortis articulo| tales nõ poſſint abſolui ptz in ex̃va. Ne in vinea domini. Et debent illa bona ſymoniace recepta reſtitui de iure ſi ad aliud mo naſteriũ ingredit̃ xvi. q. i. De lapſis. et ſi in ſeculo ꝑmanet iterum ſibi reſtituentur ex gracia. vt ha beat vnde viuat. Si vero manſerit in primo mo naſterio ex diſpenſatione. cõuentus non retinebit ſed dabunt̃ xp̄o. Nec obſtat ſi mortui ſint illi qui receperũt talia ſymoniaca bona. q2 turpia lucra etiã ab heredibus ſunt extirpanda. ff. de calũp. l. In heredem. Ptz etiam hec cõcluſio in caplo De hoc in fine de ſymo. ꝯ Regem.

¶ Conclu° xij. ꝑſ.

Religioſi qui aliquod monaſteriũ ſymoiace et ſcienter ſunt ingreſſi. Illo loco et ordine ſimplicit̃ ſunt priuati et ad arciorẽ ordinem ſiue religionem retrudendi. ¶ Ptz iſta cõcluſio per Celeſtinũ iij. in caplo De regularib9. ex̃ de ſymo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 32 [2]

et per Innocenciū. iij. in ca° Quoniā ſymoniaca. eodē tytulo. ¶ Conclu° xiij. ꝓl.

Religioſi vero qui ſe ignorātibꝰ data pecunia ab amicis ſunt recepti Poſſunt prius loco eodē renūciato. de nouo ibidē recipi Si hoc ſine ſcādalo poſſit fieri. ¶ Ptz hec cōclu° p Celeſtinū iij. in ca° De regularibꝰ. ex̄ de ſymo. ꝑallegato ad finē ꝯ vltimo. ¶ Conclu° xiiij. ꝓl.

Licet religioſi ſymoniace recepti ſint omēs de iure a ſuis monaſterijs expellendi Pōt tamen cū eiſdē certis ex cauſis per papā vt remaneāt diſpenſari. ¶ Ptz huiꝰ cōcluſionis p̄ma ps per celeſtinū. iij. in ca° De regularibꝰ. ex̄ ꝺ ſymo. et p Innocenciū. iij. in ca° Qm̄ ſymoniaca. eodē ti Secūda pars ptz ex̄ de ſymo. Si quis in fine de hoc in glo. Her. eodē ti° De ſymoniacis. et eciā per Jo. an 1. q. i. Ordinationes. Et hoc intellige ſcd̓m Hoeyk. ꝙ papa diſpēſat cum religioſo ſymoniace ingreſſo. quando per ipſum vel eo ſciente et tacite cōſenciente. vel poſtea ratum habente cōmiſſa eſt talis ſymonia Alij vt raymundꝰ et ceteri dicunt. ꝙ epūs diſpenſare pōt de ſymo. ca° Cū dilectꝰ. v° et ca° Quoniā. et ca° De regularibꝰ. et hoc ſcd̓m diſtinctionē illoꝝ capl̓oꝝ.

¶ De ſymonia mentali que fit multis modis.

EX p̄miſſis cōcluſioib⁹ clare ptz ꝙ duplex
ſit ſymonia in ſpecie| ſicut etiā notatur in
ca° Mādato. ex̄ de ſymo. Prima ē mētal'
quia ſola et nuda voluntas interior inducit ſymo
niā mentalē| v. q. i. Qui ſtudet. et ca° Reperiunt̄.
Hec ſymonia mētalis cōtrahit̄ in recepcione noui
cioꝝ et circa illā recepcionē multiplicit̄ et ideo ad
ſe p̄cauēdū de dicta ſymonia oportz quēlibz valde
ſollicitū eſſe et in cōſciencia purū. ¶ Primo nāqꝫ
qū aliquis vel aliqua petit recipi. ſi ꝑ tūc aliqui
ex recipientib⁹ pl⁹ et principali⁹ ad tp̄alia petētis
vel ſuoꝝ amicoꝝ. vel plus ad fauorē ipſi⁹ et ami
coꝝ petētis. vel principali⁹ ad ꝓmocionē mōſterij
vel defenſionē tp̄aliū| que occaſione illius nouicij
ꝓuenire poſſunt monaſterio. q̄̄ ad honorē dei et
ſalutē aīe petētis ac manutenēciā religionis incli
nātur| tales omnes ſunt ſymoniaci mētales. quia
plus tēporalia q̄̄ deū et ſalutem petentis querūt
Ar. ad hoc ex̄ de ſymo. ca° Tua nos. ſ Si autē et
ē cōtra doctrinā xp̄i dicentis Querite p̄mū regnū
dei et hec om̄ia adicient̄ vobis. Mathei v° Licz g°
ad tp̄alia poſſint haberi oculus ſecūdario. non tū
primo et principalit̄ Et rariſſime cōtingit ꝙ hec
mētalis ſymonia hoc modo nō ſit inter religioſos
qū aliquē vel aliquā recipere debēt ad religionē.
¶ Scd̄o ſunt mentales ſymoniaci. illi qui de hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 32 [2]

non ſunt cõtenti ꝙ aliquis ꝓrio motu tantũ ſecũ
portet quãtũ pro ſuis neceſſitatib9 indiget | ſed cu
piunt plus habere | quia hoc plus eſt ſymoniacũ
cum poſt hoc oblatũ qđ offerenti ſufficit iam nõ
ſubſit cã aliquid plus petẽdi. cũ ibi iam nulla ſit
monaſterij quo ad illũ paupertas vel indigentia
Ar. ad hoc in ca° Qm̄ ſymoniaca. ex̄ de ſymo. g°
plus deſiderare ab illo vel de hoc murmurare. ſy
monia ē mẽtalis | vt in ca° Tua in fine. ¶ Tercio
ſunt mẽtales ſymoinaci qui ꝑ ſe vel ꝑ alios. dircẽ
vel indircẽ quouis queſito colore domos ſeculariũ
et viduaꝝ penetrãt | animo ꝓcurandi filios vel fi
lias ad religionẽ ſuã. nõ ꝓpter deũ et ſalutẽ illoꝝ
ſed principalit ꝓpter lucrũ vel obſequiũ tꝑale vel
fauorẽ ꝓxĩ et amicoꝝ Quia tales tempalia deo
et ſpũalib9 preponũt | et illa plus ꝙ̃ deũ et ſalutẽ
ꝓximi cupiũt Ar. ad hoc eodẽ ca° Tua nos. i fine
ex̄ de ſymo. ¶ Quarto illi ſũt ſymoniaci mẽtales
qui ideo ſuã religionẽ ſuꝑ alias religiones effert
vt ſic et ꝑ hoc tꝑalia vel obſequia vel fauorem ſe
culariũ et ſpũaliũ pl9 et principali9 habere poſſit
ꝙ̃ deũ et ſalutẽ eoꝝ quos ſic trahere poſſunt Ar.
ad hoc in ca° Tua. ꝑ̃allegato. ¶ Quinto illi ſunt
ſymoniaci mẽtales qui aliquẽ vel aliquã invitant
ad prandia vel cenas vel ad eoꝝ recreationes vt
ſic allecti intrẽt ad eos. animo tali vt ſic finalit ꝑ

talem familiaritatē nedum pſonas ſed eoꝝ bona principali⁹ vel amicoꝝ ſuoꝝ poſſint habē. Quia licet ſcd̓m btm̄ Thomā ſcd̓a ſcd̓e. q. c. primū ſcȝ ꝑ tꝑalia trahere quēquā ad ſpūalia liceat nō tū hoc licet eo fine ꝙ ſic principalit̄ poſſint illoꝝ tꝑalia cōſeq̄ vel acquirē ꝑ caplm̄ Tua nos. ex̄ de ſymo.

¶ Sexto illi ſunt ſymoniaci mētales. qui ad hoc principalius aliquos iuuenes apud ſe in ſeculari habitu nutriūt vel ad ſtudia ſecularia mittunt| vt poſtea per eoꝝ ſuſceptionē ad religionem. poſſint ſua vel ſuoꝝ amicoꝝ bona habere| q̄ꝫ ꝙ eoꝝ ſalutē et dei honorē in eis querant. Et breuiter vbicūqȝ et in quocūqȝ caſu hmōi. plus querit̄ denari⁹ q̄ꝫ deus| ibi cōmittit̄ ſymonia mētalis per caplm̄ Tua nos. ſepius p̄allegatū.

¶ De pena ſymonie mentalis.

Quia eni hec ſymonia mētalis ē pccm̄ mortale toties quociēs. ideo talis ſymoniac⁹. eſt quo ad ſe et nō quo ad alios ſuſpenſus vtȝ vi d̓. Teſtamētū. et i. q. i. Sacdotes. in fine et d̓ tꝑib⁹ ordi. ca° finali| et de cohabitacōe clericoꝝ. ca° Vrā et ca° Queſitū. pōt tū deleri ꝑ penitenciā ex̄ eod̓ ti° ca° finali et ca° Ex pte. p̄mo| et ex̄ d̓ offi. deleg. vbi hoc notat Bernhard⁹ in glā.

¶ Sequit̄ de ſymonia cōuencōnali et actuali quid ſit et q̊t modis cōtrahit̄.

DE ſecūda ſymonia que ſcȝ eſt cōuencōnal'
Sciendū ꝙ illa ē que fit p̄cedente pacto
ꝓmiſſiois · cōdicōis · modi . et ſeruicij · p̄cū ·
vel cui⁹libȝ tꝑalis recepcio vel donacio | et illa ſil'r
fit multis modis · de quib⁹ hic aliquos ꝓut ſequit'
ſubiūgam quos euitare oportȝ · ¶ Primo namqȝ
auendū ē cū aliquis inſtat ꝓ loco vt nichil ab eo
igat' muneris · ſiue ſit mun⁹ a lingua puta fauor
vel promocio | ſiue ſit munus ab obſequio · ſiue ſit
mun⁹ amanu · quodcūqȝ ſit illud | quia locus ſim
plicit' ꝓpter deū et gratis eſt cōferēd⁹ · ex̃ d' ſymo ·
Tua nos · et ca° Non ſatis · ſi ſecus actū fuerit ſy
monia eſt · vtȝ in iurib⁹ allegatis · ¶ Secūdo cauē
debent ꝙ nichil debet exigi pro loco ab ingredien
tibus · ꝙ ita nec ſecrete aliquid pro loco dando re
cipiant ab amicis petenciū ipſis petentibus igno
rantib⁹ | quia ꝑ hoc recipiens fit ſymoniacus · et ſic
receptus nō poteſt ibi ſine diſpenſacōe remanere
ver caplm ex̃ de ſymo · De regularib⁹ · ꝯ vltimo ·
¶ Tercio cauere debēt ne p̄textu paupꝑtatis vere
vl' ficte allegate ſibi aliquid dari faciāt vl' ꝓmittāt
aū loci ſpūal' cōceſſionē · quia ſi hoc fit ſymoniacū
eſt | ex̃ eodē ti° Qm̄ ſymoniaca · Secus ſi paupꝑtas
poſt loci aſſignacionē ingredientib⁹ exponat' | quia
hoc licet ſcd'm btm̄ Thomā · et alios vt ſup̃ patuit
et de hoc eciā pāt pariſi ſcdȝ Vlricū · ¶ Quarto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 32 [2]

cauere debent ne ꝑtextu pauꝑtatis vere vel ficte
aliquid ab eo petāt| qui eſt artifex vel mechanic⁹.
ſciens et potēs cottidie neceſſaria ſua lucrari. aū
etiā collationē loci vel p⁹| quia in illo ceſſat cauſa
aliquid petēdi. cū ſibi ſufficiat et loco magis ꝓſit
ꝙ̃ noceat Si autē ſecus actū fuerit ꝑ cōuentionē
quācumqꝫ. ſymonia eſt cōuentionalis per caplm̄
Tua nos. et caplo Quoniā ſymoniaca. extra de
ſymonia. ¶ Quinto cuſtodire ſe debēt receptores
nouicioꝝ| ne petentib⁹ receptionem. cauſa ab eis
aliquid extorquēdi ſtatuta ſui cōuentus vel alioꝝ
cōuentuū. ſui vel etiā alterius ordinis de aliquo
dando ſiue in paſtu ſiue in ꝓpinis ſiue i clenodiis
vel in vtenſilib⁹ exponat ante religionis ingreſſū
vel poſt. quia illoꝝ ſtatutoꝝ obſeruātia ex pacto
vl̄ promiſſione cōuentionali. ſymoniā talem indu
cit ſi occaſione illoꝝ aliquid receperint per calpm̄
Tua nos. ꝑallegatū. ¶ Sexto etiam ſe cuſtodire
debent ne cōſuetudines locoꝝ vni⁹ vel alterius ad
hoc eis ꝓponant vt ſic ab eis aliquid extorqueant
ante loci collationē vel poſt. niſi cum tali addito.
vt ſi queratur a petentib⁹ ingreſſum quid ſit con
ſuetudinis dandi. ꝙ tūc reſpōdeant ꝙ ad nichilū
teneantur ex cōſuetudine vt in caplo Veniens. et
caplo Jacobus. ex̄ de ſymo. Sed qui vult aliquid
ꝓpter deū facere hoc poterit per caplm̄ Tua nos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 32 [2]

in principio ex̄ de ſymo. et qui nō vult. ex nulla cō
ſuetudine obligatur. imo vbicūq; talis cōſuetudo
eſt de aliquo dando in vtenſilibꝰ. vel in offerendo
ad altare. vel in ſimilibꝰ. pocius eſt corruptela di
cenda q̄ cōſuetudo vt in ca° Jacobꝰ. et ca° Veniēs
ex̄ de ſymo. et Vrbanꝰ v. in ex̄va. Ne i vinea dūi
¶ De pena autē ſymonie cōuētional. dcm̄ ē ſup̄.
in quatuor vltimis cōcluſionibꝰ et ſuis ꝓbacōibꝰ
¶ Iſta ſunt pr̄ prior venerāde que ad pūs michi
occurrūt ex dūs apl'icis et canonicis. ad queſtionē
michi a vr̄a dileccōne ſup ſymoniaca p̃uitate in re
cepcōe nouicioꝝ vitāda ꝓpoſitā. ſaluo ſemꝑ iudicā
ſancte mr̄is ecc̄e et cuiꝰlibz in hac materia experti
melius ſencientis Valete in xp̄o ſemꝑ.

¶ Explicit epiſtola breuis ac ꝑutilis de ſymonia
vitanda in recepcōe nouicioꝝ et nouiciaꝝ ad reli
gionem. collecta ꝑ Reuerendū mgr̄m Engelbertū
cultificis ſacre theologie ꝓfeſſorē ordis p̄dicatoꝝ
Anno dūi. m° cccc° lxxix° mēſis Julij. die ix. in No
uimagio Atq; ibidē eodē āno diligenter impreſſa
die xxiij. menſis Auguſti.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 32 [2]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 32 [2]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 32 [2]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 32 [2]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 32 [2]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 32 [2]

£3-:-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 32 [2]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 32 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 32 [1]